



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Mariae Virginis Sacratiss. Miracvlorvm Libri Tres

Vismara, Ercole

Mediolani, 1579

Mirac. Virg. IIII. Pio iuueni, uisa semel Virgine, oculi lumen adimitur; cam
ubi iterum conspicatur, sese lux in coecum oculum effundit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64305)

Admirabili igitur splendore de nobis completens,
 uniuerso illi coetui apparuit. Nihil clarius, aut luci-
 dius mortalibus oculis conspici posse, illi omnes prae-
 dicebant, ydem cum ea suppliciter egerunt, ut iterum
 se clari lumine cōringi pateretur, ne animi penderet;
 sed pro certo haberet, se minime illusos fuisse. Ea in-
 signis nitoris formis reddens, diuinoq. lumine dif-
 fusa, iterum, atq. iterum pios uiros inuisit. Atq. hoc
 euenit quo tempore primum stabiliri uix coeperat
 eius religionis ordo; ut eo miraculo certiores omnes
 fierent, quanto opere ille probaretur. Quod si firma
 stat Dei sententia, ut qui tantillum fidei habuerit, uel
 monteis uno uerbo transferre, & maria, ac fluuios si-
 stere ualeat; quid mirū, si, qui in precationib. assidui,
 & in meditationib. frequentes sunt, saepe & Virginē,
 & alios coelestis intuentur?

MIRAC. VIRG.

*Si Pío iuueni, uisa semel Virgine, oculi lumen adimitur; eam
 ubi iterum conspiciatur, sese lux in coecum oculum effundit.*

Tanta erga Virginem pietate clericus Lutetiae
 repetitus est, ut eius pulchritudinis aspicien-
 dae ardenti desiderio flagraret. Illū An-
 gelus ipsius reginae nomine saluere iussit, futurumq.
 nunciauit, ut, quod cupiebat, ex sententia assequere-
 tur, ac diem dixit, quo ad illum ea concessura erat.
 Monuit deinde, uisa Virgine, coecum repente eundē
 futurum. Id se maximo in lucro deputare, respondit
 iuuenis; modo semel saltem splendidissimos eius so-

-ambA

c s A

-lulis,

lis, cuius nitor nunquam obscuratur, radios intueri datum fuisset. Vbi discessit Angelus, iuuenis animum in eam cogitationem fixit, ut perpenderet, quinā postea luce orbatus, posset sibi uictum quaerere. decreuit igitur, post Virginis aduentum, uno oculo clauso, altero tantum se illam uelle aspicerē. Sibi. n. satis esse existimabat, si alterius lumen tantum superfuisset. Cū aduenisset ipsa, quae inter filias Hierusalē pulcherrima est, re ipsa tam serena lux, & splendor uisus est; ut nemo uerbis posset exprimere. Eā iuuenis uno oculo solum adspexerat, cū tantae lucis desiderio accensus, alterum, ut eam melius conspici posset, aperuit, & ea statim abiit. Itaq; animo ualde molebatur, quod & alter oculus nō amissus fuisset; ut melius tanto lumine oculos pascere licuisset. Ardenti eius rei desiderio accensus, Virginem iterum ualde etiam, atq; etiam obrestatus est; ut sibi iucundissimo illo conspectu frui iterum liceret; sancte q; iurauit, se postea aequo animo, ac lubenter cariturum utroq; oculo. Hunc ipsa, misso iterum Angelo, se id prorsus concessuram pollicita est; modò alterius oculi amissionem tolerabiliter ferre, paratus esset. Ille respondit, uel si sexcētos oculos habuisset, cupere, ut illi omnes eruerentur, modò tam immortalī afficeretur beneficio. Nunciauit Angelus, non modò non ereptum iri alterum oculum; sed futurum, ut uisa iterum Virgine, qui amissus erat, restitueretur. Neq; uerò ulla producta est mora. Se. n. Virgo illi palam protulit, & ostendit, ea q; omnia mirabili luce conueltiente, eodem momento, in amissum oculum se lux clarissima extulit; & ostendit. est igitur in aperto, tanta pulchritudine, & splendore

splendore ornatam, ac praeditam esse Dei matrem, ut post filium, eam uidere sit solida, & aeterna felicitas. Ecquis post Deum, eam augustè non colat, qui in eius cultum se totum non conuertat? Quidnam ab eius ueneratione mortaleis retrahat, quam Angelorum chori, & coelestes omnes sanctissimè uenerantur? coelestib., & immortalib. bonis ij certè cumulantur; quib. spes iniecta est; ut sereni eius luminis aspectu quandoq. fruantur.

Integer iuuenis, uisa coeli regina, ab ea diuelli non potest; quocirca corporis uinculis solutus, una cum ipsa ad caelum rectè euolat.

Iuuenis, impensissimè Virginis nomen pio, ac sincere cultu uenerabatur, eiusq. pulchritudinem studiosè contemplabatur. Is mane, cum è lecto surgebat, & ad uesperam, ante quàm somnum caperet, ea prius Angelicae salutationis, uerbis salutata, se se illi religiosè commendare, eius fidem implorare, & uehementer orare; ut in coelesti regnò diuinam illam pulchritudinem intueri liceret, qua ipsa inter filias Hierusalem mirabiliter excellit. Iamdiu id facere perreperat, cum ei coeli regina, diuino splendore omnia perfundens antè oculos occurrit; rogauitq., an suā pulchritudinē aspicere ipse cuperet. Respondit iuuenis, sibi nihil prius esse, quam uis qui coelesti illo aspectu frueretur, esset indignus, nullam moram clementissima produxit; sed se se illi, ultro conspiciendam

spiciendam

spiciendam